

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auditor g  
cum uariis

Verba Dei que aure percipitis mente retinete. Cibus enim mentis est sermo Dei, et quasi acceptus cibus stomacho languente reicitur, quando auditus sermo in uentre memorie non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet, huius profecto uita desperatur. Eterne ergo mortis periculum formidate, si cibum quidem sancte exhortacionis accipitis sed uerba uite, id est alimenta iusticie, in memoria non tenetis.

Gregorius omelia XV. super euangelia super illud: Exiit qui seminat.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

retinete] retine (*cor. in marg.*) M; cibus] in *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; iusticie] iustitia P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>;  
Gregorius] in *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; euangelia] euangelium P V<sup>1</sup>; euangelia super illud]  
Mattheum 13. v<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; illud] exio *add.* (*del. sub lin.*) C